

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De disciplina scholarium

Pseudo-Boethius, Anicius Manlius Severinus

[Deventer], 18. Aug. 1500

Prohemium

[urn:nbn:de:bsz:31-299697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299697)

Prohemium

Osculetur me osculo o

ris sui. Verba ista scribuntur. Anticoꝝ pmo. Quorum ma-
teria et intellectus fm aliquos est talis. Salomon voluit de-
sponsari cum filia Pharaonis. et misit nuncios ad eam. Qui
bus venientibus sponsa quesivit. quis est dominus vester. Et illi dixerunt
dominus noster est rex regum. dominus dominantium. rex glorie. rex pa-
cis. Et illa est etiam pulcher. L. ui nūcij. pulchritudinem eius mirantur solz
luna. Et illa est etiam diues. L. ui nūcij. gloria et diuitie in domo eius. Et
illa est etiam potens. L. ui nūcij. Potestas eius a mari vsq; ad mare. His
auditis sponsa dixit. Uciat dominus vester et osculetur me osculo oris sui
Et talia verba taliter qualiter introducta ad nostrum possunt. ppositi sic
applicari. q; ipsa regina seu scientia pre diues queret de quolibet studēte lo-
quens ad ipm sub hac forma. Osculetur me etc. Et anteq; hoc faciat que-
rit pmo. Quis est dominus vester. id est quis est studens. vtrum bonus
vel malus. Si bonus veniat ad me et osculetur me. et ducam eum in cellas
vinariam. Si vero malus fuerit. elongetur a me. q; in maliuolam animam
non introibit sapientia. Ultra querit. Et est etiam diues et potens. vel pau-
per et impotens. Si potens et diues veniat ad me. si pauper et impotens e-
longetur a me quia melius est pauperem ducari q; philosophari. Querit
vltia. Et est etiam pulcher. id est vtrum studens sit formosus et bene dispositus
vel deformis. Si formosus veniat ad me. si deformis recedat a me. Sicut
et Boetius persuadet in textu infra de filio Thimothei. qui fuit loripes.
castratus. gibbosus etc. vt infra patebit. ¶ Istis sic deductis notandum p-
mo fm pfm primo posteriorum. q; scire est rem per causas cognoscere. So-
li ergo illi scientias docent qui causas de ipsis dicunt. Causas igitur pten-
tis libri videamus. Unde fm pfm secūdo physicoꝝ quattuor sunt cau-
se. et designantur per hos verius. Quattuor vt fantur multi cause recitant.
Forma q; finalis faciens et materialis. Unde causa materialis dicitur de
seminata dispositio discipuli capientis doctrinam a magistro. vel potest
dici disciplina scholarium. Causa efficiens dicitur fuisse duplex. scz mouens
et mota. Causa mouens erat Pharcianus quidā episcopus Boetio mul-
tum dilectus. Sed causa efficiens mota fuit venerabilis dominus Boeti-
us. Causa formalis assignatur hic duplex sicut alibi. scz forma tractandi.
et forma tractatus. Forma tractandi dicitur modus procedendi. et est pro-
satus hic. Sed forma tractatus consistit in diuisione presentis libri. vt in-
fra patebit. Causa vero finalis est vt scholares disponantur ad recipiēdū
doctrinam a magistro. Et ergo solet dici q; causa finalis est duplex. scz in-
trinseca et extrinseca. Intrinseca est cognitio eorum que traduntur in pres-
enti libro. Sed extrinseca est vt scitis his que hic traduntur scholares me-
lius disponi possint ad scientiam moralis philosophie.
¶ Item notandum q; ex quo summum solacium consistit in veritatis cog-
nitione. igitur homo naturali desiderio inclinatur ad veritatis cognitionem

Prohemium

Unde Aristoteles primo methaphisice ait. q. omnes homines natura scire desiderant. hoc est naturali desiderio siue appetitu. Quod comentator tribus probat rationibus. Quarum prima est. vnumquodque ens imperfectum appetit suam perfectionem quae diu imperfectum est. vt materia formam. Res enim perfecta pulchra est. imperfecta homo difformis. Verbi gratia domus quae diu stat sub imperfectione est difformis. cum autem perfecta est forma tunc efficitur pulchra. sed homo forma intellectum est imperfectus. eiusque perfectio est scientia. ergo omnis homo forma intellectu qui est eius forma impletiva scire desiderat. Vnde patet. quod illud est rei perfectio quod est actus ad quem res prius erat in potentia. homo autem prius erat in potentia ad sciendum omnia. ergo dum actus perfectus est intelligit. Hoc est quod dicit Aristoteles tercio de anima. In intellectu ante actuale intelligere est in potentia omnia. quandoque igitur est actus. videlicet quando omnes species actu recipit. tunc perfectus est per eas. ¶ Secunda ratio. vnumquodque desiderat cognitionem sibi determinatam et naturalem nam operationes procedunt a virtutum potentia. Hanc autem summum bonum est naturalis operatio. sicut summum bonum est oculi quod videat. et auris quod audiat. et intellectus quod intelligat. Vnumquodque igitur appetit operationem sibi debitam. sed operatio conaturalis intellectus est scire et intelligere. ergo forma intellectum homo naturaliter scire desiderat. ¶ Tercia ratio est. quia vnumquodque appetit statum suum excellentem. hunc autem acquirit ex eo quod coniunctum est et simile suo principio. Verbi gratia domus statum habet excellentem cum assimilatur cause efficienti forma formam et figuram quam mente preconcepit. sed per scire et intelligere homo coniungitur et assimilatur quodammodo prime cause. ex eo quod scire est species rerum intelligibilium in intellectu recipere. ergo cum homo recipit in intellectu sunt quodammodo omnia. Sed prima causa est in qua vt in fonte effectiuo formali et finali sunt omnia. ergo per scire homo assimilatur primo principio. Concludendum est igitur quod omnes homines naturali desiderio in intellectu possibili radicato scire desiderant. ¶ Notandum quod presens liber est utilis omnibus hominibus. quia in eo docetur quomodo homo debet seipsum regere in moribus modo scientia consistit in bono regimine. iuxta dictum philosophi tercio politicorum. Melius est ciuitatem regi optimo viro quam optima lege. Et idem dicit. Felix est ciuitas cuius preces sunt philosophi. Cui concordat Seneca ad Lucillum dicens Turpe est senem viuere sine moribus. Et idem. quid est melius quam rerum peritia. ¶ Item notandum quod magnum et paruum non proprie attribuuntur intellectui. ex quo non est corporeus sed similitudine. Unde ille intellectus dicitur magnus qui pluribus intelligibilibus est informatus. Per oppositum autem ille intellectus dicitur paruus qui paruis siue paucis speciebus intelligibilibus est informatus.